



C. B. BIBLIOTHECA
POLONICA
REPUBLICAE
POLONICAE

14369

kat.komp.


III

P

Car. Fortunati Corona aurea

PANEG. et VITÆ
Polon. Fol.

Nº 424



CORONA

AUREA

AVRVM PRIMVM

COLOR OPTIMVS,

Ab invidis Fatis

MUTATUS,

PERILLUSTRIS & REVERENDISSIMVS DOMINVS

D.M. HILARIUS

KASPRZYCKI,

SACRI ORDINIS BENEDICTINORVM,

REGALIS ARCHI-CENOBII TYNECENSIS PROFESSVS

In Alma ac Celeberr. Vniuers: Crac: AA. LL. & Philof:

DOCTOR & PROFESSOR,

Ducalis Monasterij Kościelnensis

143697

PRÆPOSITVS MERITISSIMVS,

CANONICVS natus CALISSIENSIS

Congregationis Polono-Benedictinæ,

VISITATOR.

seu

CÆNOTAPHIVM

Ad immortalem Magni PATRONI Amantissimiq; in ORDINE BENEDICTINO

Literarum Literatorumq; MECÆNATIS Memoriam Conservandam

in **CONTHEMA** Elogij

Officiosô Currenti Calamô

EXPRESSVM.

A

DON: CASMIRO FORTVNATO ALBRYCHOWICZ,

O. S. B. Regalis Archi-Cenobij Tynecensis Professo, Bibliothecario & Archivario.

CRACOVIAE, Typis Michæelis Dyászewki, S. R. M. Typographi.

Dignum laude Virum Mu-
sa vetat mori. *Horatius.*

Quidquid in Eo amavimus,
quidquid mirati sumus ma-
net, manfurūq; est, in ani-
mis hominū, æternitate té-
porū fama rerum. *Tacitus.*



ILLUSTRISSIMO & REVERENDISSIMO
ac AMPLISSIMO DOMINO
D. MICHAELI VALENTINO

De ZOŁTOWO

ZOŁTOWSKI,

DEI Gratia ABBATI Plocensi,
CONGREGATIONIS POLONO-BENEDICTINÆ

PRÆSIDENTI GENERALI,
PERILLUSTRI REVERENDISSIMO
ac AMPLISSIMO DOMINO

D. CASIMIRO
MOŁODECKI,

Divina Dignatione ABBATI S. CRVCIS ad Nesvisium
CONGREGATIONIS POLONO-BENEDICTINÆ

VICARIO GENERALI,
PERILLUSTRI & ADMODUM REVERENDO DOMINO,

D. VINCENTIO
CEDROWICZ,

Professo Calvomontano S. Crucis, S. Theologiæ Licentiato

PRÆPOSITO SŁVPENSI
REGIMINIS CANCELLARIO.

Totiꝫ; Sacratissimo Regimini Congregationis Polono Benedictinæ
DOMINIS DOMINIS & Mecænatibus plurimum gratiosis.

Don. Casimirus Fortunatus Albrichowicz Benedictinus vivere &
præesse Fortunatè.

N Utans animo hærebam, multumq; mecum subdubita-
bam Illustrissime Præses, an postquam Elogia PE-
TRI BENIGNI BVCHOWSKI, Benedicti-
ni Tynecensis, Viri Eruditissimi Vniuersitati
Doctorum & Professorum, Congregationis No-
stræ Polono Benedictinæ dedicassem; *etiam has grati ani-
mi mei Syngraphas erga* Domnum HILARIVM KASPZY-
CKI, Congregationis Prælatum Visitatorem, Tibi Illustris-

1742

fime Præful Totiq; Sacratissimo Regimini offerre æquum ju-
dicavi. Etenim Illustrissime Domine inter Magnos Maxi-
mus es, inter Sapientes quoslibet longè Sapientissimus; Cui pro-
pterea nihil est adscribendum nisi Magnum, Totiq; Sacratissimo
Regimini nihil dicandum, nisi summa eruditione elucubratum.
Ego verò nihil aut parum eruditionis literariæ consecutus, haud
à re diutius hesitavi, si tantæ Majestati Vestrùm bracteas istas
exilis styli mei inferre deberem & offerre, qui neq; ad præconi-
sandum ingenio sum idoneus, neq; locutionis perneccessaria sva-
vitate Ornatus. Novi enim quod negare non possum quàm sit
michi ingenium rude ac nullius facundiæ vena dicendi, propter
quod & justa Oratione substiti & apparere coram Vobis Scriptor
inepius formidavi. Nam cum sitis Prælati & Domini mei
mirum non est si ego indoctus & minimus Monachorum Censu-
ram Vestræ Dignitatis metuam, & has meas Elogiorum Pa-
ginas quas novi Manibus Vestris tantùm ex Obiecto esse dignas
offerre pertimescam. Sed metum hunc consideratio mansuetudinis
Vestrx fugavit quæ mansvescere humilibus soletis & reluctari
superbis. Hac igitur animatus magnam fiduciam assumpsi. Qui-
bus Coronam Auream, Aurum primum KASPRZYCCI-
VM, nempe offero, seu novum virtutum & Eruditionis splen-
dorem, quem Deus adjecit ad Religiosissimi Patris quondam
Superioris & Prælati mei Crinitam Coronã, Venerandi Sa-
cerdotis Regale Diadema, Eximij Doctoris Pileũ Laureatũ.
Placeat nunc Vobis excipere Prælati Dignissimi hoc gratitu-
dinis erga Superiorem meum Symbolum, cui licet non sit ingenij
mei Laudem, gloriam, eternitatemq; tribuere; Voluntas tamen &
Studium meum Eidem gratum esse debet (si quis in mortuo sen-
sus residet) cùm quod de Illo posteritati mandavi sit æternum,
hoc illi præsidium ad immortalitatem Nominis Comparando. In-
scriptum ergo Præsens Elogium Vestro Nomini cùm primum
esse volui & Vestris Affectibus erga KASPRZYCCIVM,
Quem amâstis exstet monumentum, & Studium Fortunati Vo-
bis promerito serviendi locupletius innotescat.

D A B A M T Y N E C I I S.

CORONA
AUREA
BENEDICTINI HONORIS GLORIA
DOMNUS
HILARIUS
KASPRZYCKI,
BENEDICTIVS TYNECENSIS,

Vir ob eximias animi Ingenijquè dotes

Vt in vita amori omnium

Ita & in morte desiderijs intimus;

Ad Cujus Insigne Domus *Amicum*

nempè

Cor mortis vulnere faucium.

Amica doloris æstu rumpuntur præcordia.

Quem Nos

Quâ mente vivum, eadem profecuti Defunctum;

Vbi ille Circulus Sophorum

Minore clauditur puncto,

Lineæq; Sepulchri breves

Grande coarctant Pulpitum.

DECVS DOCTORVM

Quale is tantum nescit, qui 'eruditionem Ejus ignorat

unus præhendit Angulus

Illius memoriâ in Cordis Sacratio deponimus

Vtque hæc insepulta maneat; nec tumulamus.

Cecidit Corona Capitis Nostri!

VISITATOR OPTIMVS,

Vbi Cæca mors Crudele vibravit telum;

Cæco Parcimus furori?

VIR ERVDITISSIMVS

Cui adeò fuerunt Artes Liberales,

ut se totæ Illius Capiti darent;

Quo dignum eruditionis facerent Sacrarium,

Quod cum publicum esset ærarium;

Thesaurum in se Sapientiæ non Abscondit,

Rerum plenissimum, Omnibus fuerat in exhaustum

Qui tandem

Nobis spem longam facturus;

Breve gaudium exhibuit

HILARIUS

In Cujus tam pretiosum animi obryzum,

Sæcula gemmea laborârunt.

Sed hic triumphus Illius Maximus

ætatem vicisse meritis;

Sicq̃ dare posteris gustum.

& sui desiderium.

Etenim

Ipsè sibi in **CORONAM AVREAM**,

Nunquam pari gloriæ censu æstimandam,

Teneris ab Annis

augustè satis allaboravit.

Fugacissimâ sæculi pompâ relictâ,

INSTITVTVM BENEDICTI

in Spiritu eligens,

DEO VACABAT:

Et ubi **FRATRVM** utilitati,

Ordinisq̃ decori fuit,

Factus est Amor Superûm,

Magnes Cordium,

& **HONORIS BENEDICTINI** Splendor.

Horrens vitia amplexus virtutes,

quæ ne extra illum essent,

Cor Illis gentilitium aperuit;

Quod subintrantibus, visum est Magnificum esse;

HILARIJ Cordis incolere Conclauè,

jucundumq̃ habitare in unum.

Sic in Spiritu proficiens meruit & **DOCTOR** dici Classicus

& fieri Discipulus supra Magistrum,

Quem primum

In Alma ac Celeberrima Vniuersi Crac: **AA. LL. & Philos:**

DOCTOREM RENVNTIATVM,

SACRA PARIENSIS FACULTAS

Lilijs suis Coronans,

Cultissimas dotes Illius justis ornavit honoribus;

Credidit enim Doctus Apollo,

hunc

hunc Sibi Virum contigisse à Polo;
Cui cum suam donasset Chelym
Ludens serio in omni.

Omnes Parnassidas fecit HILARIOS;

Dum similes simili gaudere fecit:

Redux Patriæ & Ordini incolumis,

In Celeberr. Monasterio Lubinensi BENEDICTINO

Eruditissimus Philosophiæ PROFESSOR.

Inter tot Sapientissima Capita,

& in tanto ingeniorum conflictu

immortales palmas

Gloriæ eruditæ reportavit.

CORONAM hanc AVREAM

Eriam Colli suo imposuerat Tynecia,

Vbi illum Philosophiæ & Theologiæ Moralis
excepit PROFESOREM;

Pulsans HILARIUS Organum Aristotelis suaviter lusit;

Vivus Aristoteles

Vnde vel Aristoteles in illum vel ille in Aristotelem lusit Protheum
PROFESSOR ex PROFESSO KASPRZYCCIVS;

quia Conscientiosus summè;

Sciens casus docere, non facere

explanans eosdem ut disceret omnis declinare,

Cujus audita Oracula

ejus pretij habita

quo dignum fecerat Animi Illius prudentiam

& regendi peritiam æstimari,

Cui Fasces suos

Maximo plausu & Consensu

REGIVM ARCHI-CÆNOBIVM TYNECENSE Offerret;

facili Suffragiorum Certamine

effuso omnium Voto

PRÆLATVM eligeret,

Custodisq; honore ornaret

PRÆSIDENTE

REVERENDISSIMO DOMINO

D. MARTINO KICINSKI,

Professo S. CRVCIS Calvi-Montis S: Theologiæ DOCTORE,

PRÆPOSITO KONIOMŁOTENSI,

COM.

COMMISSARIO APOSTOLICO

Viro Religiosissimo,

Cujus Electio ostendit satis,
quòd sinè ullo favore & respectu
sed Sola Virtus fuerit in Illo CORONATA:
CORONA hæc Meritorum Illius AVREA
Pulchre in hoc Munere enituit;
gemmis plurimis ac monilibus
inter immortalia opera effulsit.

Hic etenim

Observantia RELIGIOSÆ retinenda,
STUDIIS RELIGIOSIS in flore Conservandis;
CORONANDÆ VIRTVTI & SAPIENTIÆ
optimè Consulit

Qua quidem

Pro ingenij præcellentia & in publicis agendis activitate
ARCHICÆNOBIVM TYNECENSE
Eum suo HILARIO litavit cultum,
Qualem collectorum illius Meritorum excellentia requirebat,


Præter Prælatitium Honorem,
DVCALIS MONASTERII PRÆPOSITVM Salutando,
AVREAM hanc CORONAM
Proceres Cænobitici eò semper venerabantur profundius,
Quò illa fulgentius eminebat,

IN GENERALIBVS PROVINCIÆ COMITIIS
VISITATOR ELECTUS.

Hoc in munere arduo eum se ostendit,
Vt Virum infracti pectoris crederemus,
Qui præter magnam tripudiantis Congregationis Gratulationem
à Florido Literarum hymetto

BIBLIOTH: UNIV: VAGELLONICAE Non minores per me Solemnitatum habuit plausus;

Sed Parca parcere admodum parca

CORONAM AVREAM
AURUM PRIMUM

Et Colorem mutavit Optimum,

HILARIVM.

Qui ex voto Fortunati

Fruatur Gloria quam meruit,

æternitate quam quæsit,

Et multorum in ævum honoribus celebretur.

Biblioteka Jagiellońska

stdr0010919



